

ORATIONES ET ANTIphonæ PROPRIÆ
DOM. I. POST OCT. TRIN. ET DEINCEPS DOMINICIS
USQUE AD ADVENTUM DOMIÑI DICENDÆ.

DOMINICA I. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.


PROTECTOR in te sperántium Deus, sine quo nihil est
válidum, nihil sanctum & multíplica super nos miseri-
córdiam tuam : ut te rectóre, te duce, sic transeámus per
bona temporália & ut non amittámus ætérna : Per.

Ad Magnif.


Ant.

vj. toni.


QUÆ mú-li- er habens drachmas decem,



et si perdí- derit drachmam unam, nonne accéndit



lucér- nam, et evérrit domum, et querit di-ligénter,



donec invéni-at? Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.

DOMINICA II. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, ut et mundi cursus pací-
fice nobis tuo órdine dirigátur & et Ecclésia tua
tranquilla devotíone lætétur : Per.